neiní impoſueris neqꝫ ꝯicaueris pecatis alienis .i. thy. v. Profecto ino
teſcens epm̄ reum fore oīm pecatoꝝ illoꝝ quib9 min9 ydoneis ſcienter
manus impoſuerit ordines aut beneficia ꝯferēdo ꝑmiſſa omnia bn̄ fiāt
ſi vigilant ꝑ ſe aut ꝑ ydoneos viros deum timentes ſingulas eccleſias
viſitare ſathagit vicia corrigendo ⁊ ſalutarib9 monitis ſubiectos fecun:
dando ſcd̄m iuris diſpoſitionem.

De ſtatu clericoꝝ ſeculariū.

NArratione predicta habita de pontificib9. in qua plura tacta
ſunt que etiam clericos inferiores concernūt libet nūc aliq̄
ꝯtexere de ſtatu clericoꝝ qui totum orbem impleuerūt ci
uitates opida fortalicia caſtra villa atqꝫ curias pallacia atꝫ
aulas regum ⁊ epoꝝ. nec locus vacat quē ipi occupare nō repiunt hic
ordo ſacer clericoꝝ ſucceſſit in locum ſeptuaginta duoꝝ diſcipulorum
xp̄i. ſicut ep̄atus in locum apoſtolorum hunc ordinem adinſtar leuitici
ſacerdocij xp̄us dignificauit ⁊ ſibi aſſiſtere voluit. Et ſup oues ſuas
ſcilicet ꝑticulares ex inſtitutione epoꝝ manus ipis imponēdū locauit
diſtinguēdo ſingulos ſingulis. Si tamē ſint curati alias abſente materia
ſubiecta in qͦ agere poſſunt nō habent. Et ideo licet habeant oīnes cla
ues ligandi ⁊ ſoluendi nō tamē omnes habēt eaꝝ vſum vt ſunt nō cu
rati. Hos clericos xp̄us ſua menſa fecit dignos. nō ſolum ſacramētali
ſed ⁊ ſuſtentatione corꝑali quia qͦd ad ſe ꝑtinet tribuit eis ſcilicet deci:
mas primicias oblationes cenſus eccleſiaſticos ſibi olim tribui leui ne:
gauit dare poſſeſſiones hereditarias inter ceteras tribus. ſed earum
poſſeſſio fuit dn̄s. Nam qui altari deſeruit ⁊ de altari iuſte ꝯmuni
care debet hij inquā ſunt ſal terre .i. ſpeculum ⁊ condimentū hoīm ſecu
larium in vita ⁊ doctrina ⁊ hos clericos ſibi xp̄us cingulo caſtitatis
perpetue aſtringere voluit ſolemni profeſſione in ſacroꝝ ordinū ſuſce:
ꝑtione ꝑ manū pontificum vt quos quis hoc deifico officio ſcilicet con:
fectioni corꝑis ſui mancipare voluit. Etiam ab omni concubitu alijs li:
cito ipos voluit eſſe imunes ⁊ ſi a ꝯcubitu alijs licito ſcꝫ matrimonio
quātomagis ab omni genere icontinēcie etiam illicito licet ī primitiua
eccleſia cui9 adhuc morem greci ſeruāt ad hoc nō inſtruebant nec hoc
ſine ſp̄uſſancti inſpiratione credimus factū. Tunc enim viri eccl̄iaſtici
poſſeſſionib9 non erant prediti ſed in ꝯmuni viuentes. Etiam vinculo
matrimoniali ligati maiori ſanctitate pollebant q̄ꝫ hodie ſine matrimo
nio ⁊ cum poſſeſſionib9. Neqꝫ tunc ad ꝓpinquos conſanguineos filios ⁊
nepotes poterant bona eccleſie deuolui que non habebant. ſicut hodie
proculdubio filij ſacerdotū ⁊ nepotes exhaurire videnē oīa ad eccl̄ias

ꝑtinencia ſucceſſoꝛib⁹ eoꝝ ſcilicet ēcclesiarū rectoꝛibus nil relictis que
tamē adhuc heu ſepius fieri videmus ad decenciam clericalis oꝛdinis ·
Quedam ſunt que reſpiciūt deum quedā que ꝓximū quedam que per
tinēt ad ſeipm̄· Quo ad deū ꝑtinēt orōes ⁊ ſacrificia quo ad orōes ſūt
hoꝛe canonice ſtudioſe ⁊ deuote ꝑſoluēde· ſtudioſe quātū ad itegritatē
deuote quo ad attentionē · quaꝝ hoꝛaꝝ omiſſio ſcient ⁊ voluntarie ob
ligat ad moꝛtale ꝓpter eccleſie ſtatutum vt patet ꝑ capitula dolentes
⁊ p̄ſbiteri de cele· miſſa· vbi in ca° Dolentes· precipit ſub pena ſuſpen
ſionis faciliter omittens deo ⁊ proximo iniuriam facit quia bn̄ficiū dat
ꝓpter officium ⁊ ſtipendia dant ꝓpter miliciā. Etiam quia ꝓ tempalib⁹
non refundit ſpūalia ⁊ aīas fundatoꝝ defraudat eoꝝ ſuffragijs· nec
ꝑ alium poteſt quis facere hoꝛaꝝ ſolutionem ſi eſt ſanus · Etiam ſi nihil
ꝑcipit de beneficio ſi titulum ſibi retinet aut eſt in ſacris Ratio ē quia
hoꝛe canonice ſunt ānexe clericali dignitati ob memoꝛiā dn̄ice paſſiōis
cui obligatus ē ſacerdos aut in ſacris ꝯſtitutus· cum in ſoꝛtem domini
vocatus ſit a quo ⁊ nomen recepit quia cleros ſoꝛs dicit Et qa hoꝛe
canonice cernūt ꝓpriam ꝑſonam ideo nō ꝑ alium ſolui poſſunt Cū etiā
papa pluribus occupatus ⁊ in quo reſidet plenitudo poteſtatis ꝑ ſe ſol
uit eaſdem· Et licet ſolutio hoꝛaꝝ per alium quo ad rem ſolutam idem
eſſet tamē quo ad ſoluentem ⁊ debitoꝛem nō ē idem· Cū deus acceptat
rem ſolutam ꝓpter ſoluētem nō econuerſo· quia min⁹ curat debitum
quā debitoꝛem cui⁹ ꝯtrarium fit in ſolutione hoīb⁹ facienda· Quia iſti
a quocūq; fit ſolucio ratā eam habent quia plus attendunt rē ſolutam
q̄z rē ſoluētem Item quia anime fundatoꝝ fraudarent eoꝝ ſuffragijs
⁊ intentio eoꝝ violaret ſi nō fieret ſolutio hoꝛaꝝ· Quo aūt ad ſacrifi
cium ꝑtinet ad clericos p̄ſbiteros· Oblatio hoſtie ſalutaris in celebrati
onib⁹ miſſaꝝ tā ꝓ viuis q̄z ꝓ defunctis· ad hoc· n· officiū aſſumpti ſūt
in eccleſia ad rep̄ſentandum dn̄icam paſſionem· Alioquī officium gra
tis ſuſcepiſſent quia ⁊ iniuriam facerent deo ⁊ eccleſie Sed de frequē
tatione aut raritate non eſt determinatio certa ſed ſcd̄m diſpoſitionem
celebrantis ⁊ voluntatem beneficiū inſtituentis ⁊ populi cui preſidet
exigenciam· hoc opoꝛtet limitari dūmodo tamē digne accedat ⁊ ſalua
reuerencia tanti ſacramenti· Dicit enim ad hebreos· v· Omnis pōtifex
ex homīb⁹ aſſumptus pro homīb⁹ ꝯſtituit in hijs que ſūt ad deum vt
offerat dona ⁊ ſacrificia ꝓ peccatis· Sʒ quo ad ꝓximū ꝑtinet ad oꝛdinē
clericalem ſi tamē ſit preſbiter aut curat⁹ ut pabulū verbi dei populo
ſibi ꝯmiſſo aut pro ſe aut ꝑ alium adminiſtret ꝓpter qd̄ ⁊ ſtipendia ꝑci
pit· ne ſit ſicut mutus canis non valēs latrare· in quoꝝ rephenſioneʒ
beatus Greg· in omel· quadam loquit Quid nos o paſtoꝛes agimus
qui ⁊ mercedem ꝯſequimur ⁊ tamē opariȷ̄ nequaq̄z ſumus ⁊ fructum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quippe ſancte eccleſie in ſtipendio quotidiano paſcimus · Sed tamē pro eterna eccleſia minime ī predicatione laboramus penſemus cuiꝰ damnationis ſit ſine labore hic ꝑcipe mercedem laboris. Ecce ex oblatione fidelium viuimus ſed nūquid ꝓ aīabus fidelium laboramus illa in noſtruꝫ ſtipendium ſumimꝰ que ꝓ redimendis pecatis ſuis fideles obtulerunt. nec tamen contra pecata eadem vel orōnis ſtudio vel p̄dicationis vt dignum eſt inſudamus · Et poſt pauca debemus penſare qđ nobis dicitꝰ vos eſtis ſal terre · Si igitꝰ ſal ſumus condire mētes fideliū debemꝰ qđ profecto ꝯdimentū ille veraciter proximo īpendit qui predicationis verbum non ſubtrahit · ſed ne ſolis verbis predicationis clerici ſint ꝯtenti debent ⁊ verbis addere viuendi exempla vt quod docent verbis operibus oſtendant · ⁊ qđ ore p̄dicāt factibile ſint in ope · vnde dicit ibidem Greg̃ · Tunc vere alijs recte predicamus ſi dicta rebus oſtendimꝰ ne dicatur nobis Medice cura teip̄m Et Jero · Ne ꝯfundant opa tua ſermonem tuū · Admonet etiam idem greg · dicēs in eadem omel · Cū clericum videmus admonēdus eſt quatinus ſic viuat vt exemplū vite ſecularibꝰ prebeat · ne ſi quid in illo iuſte deprehenditꝰ ex eius vicio ip̄a religionis nr̄e eſtimatio grauetꝰ · ⁊ hec teſtari debent eius tonſura habitus inceſſus loquela cibus lectio ꝯpunctio ⁊ cetera ſancte ꝯuerſationis exempla ad ſeculariū vitam ꝯdicēdū. De tercio quo ad ſeip̄m vltra premiſſa ⁊ ſup ea requiritꝰ ꝯtinencia corporis ſui in caſtitate · ⁊c ·

De ꝯtinēcia clericoꝝ ⁊ remedijs ꝯtra incōtinēciam · ⁊c ·

Digniſſimū eſt vt qui filiuꝫ virginis tractare ſumere ⁊ alijs tradere debent ſicut corde ſic ⁊ ope ꝯtinenciā ſeruent ꝑpetue caſtitatis · ne dum extraordinarie caſtitatis iura trāſgrediendo ſed etiam ordinarie ſcꝫ legitimi matrimonij legales ſacerdotes · Et ſi ex lege dn̄i virginem ducere licituꝫ habuiſſent tamē inſtante eoꝝ officio quoad in templo miſtrare deberent toto illo tempe ad vxores ꝓhibebantꝰ accedere · Et que ꝯpatio ſacramentoꝝ veteris ⁊ noui teſtamenti · mūdamini inquit qui fertis vaſa dn̄i ⁊ ſi de panibꝰ ꝓpoſitionis in tēplo oblatis n̄ erat licitū niſi mūdis veſci vt pꝫ · i · Re · xxi · Quātominꝰ licitum cenſetꝰ ſacerdotibus noui teſtamenti ſorde icōtinēcie fedatis ſacra corporis ⁊ ſanguinis ſacramenta ꝑcipe ⁊ tractare · Clericus laborans in incontinencia ſacrilegij reus eſt quia aufert deo qđ dei eſt ⁊ votum ſolenniter oblatum ſcꝫ corpus ſuū · Itē p̄cioſiſſimū deo aufert ſcꝫ aīam ſuam quā ex ſanguine ſuo redemit · Item quia de dei familia eſt eo ꝙ ꝯuiu a eius eſt ⁊ cibo dei veſcitur quia ſtipendijs eccleſiaſticis · ideo magis grauatꝰ hoc pecatum. Item ex ſciēcia ⁊ doctrīa

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf